



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

VII. Quod lectio in omnibus sacerdotalibus mensis legi debet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

gali, communem vtilitatem habeant, & non sub vno conclauo maneant: & certe si suffragatur virtus, in aliam domum suam uxorem faciat habitare; vt castitas & apud Deum & homines habeat testimonium bonum. Si quis vero post hanc conventionem obscene cum uxore elegerit viuere, * vt lector habeatur. Qui vero semper sub Canone ecclesiastico iacuerunt, si contra veterum imperata in suis cellulis, mulierum, quæ infamem suspicionem possunt generare, consortium habuerint, illi canonice quidem distringantur, mulieres vero ipsæ ab episcopis venumdatæ, precium ipsum pauperibus erogetur.

* vt nec
lector, sed
vt neglector

VI.

12. q. 2. de
libertis.

De libertis autem * id Dei præcipiunt sacerdotes, vt si qui ab episcopis facti sunt secundum modum quo Canones antiqui dant licentiam, sint liberi; & tamen a patrocinio ecclesiæ tam ipsi, quam ab eisprogeniti non recedant. Ab aliis quoque libertati traditi, & ecclesiis cõmendati, * patrocinio episcopali regantur, a principe hoc episcopus postulet.

* hoc
præcipi
S. Syno-
dus, vt
qui pro-
hibent
vel di-
coni ab
episc.* patro-
cinio ep-
scopi cõ-
ligantur,
& ne cui-
quam do-
nentur,
hoc a
principe
episco-
pus

VII.

Dist. 44.
Pro reueren-
tia. Burch.
lib. 2. c. 169.
Iuo p. 6. c.
260. Raba.
1. pæn. cap.
287. Eadem
dist. c. Quo-
modo au-
tem.Vide de or-
dine in con-
uiuio sacer-
dotum ser-
uando; &
in Conc.
Brac. II. in
decretis
Martini
c. 62.

Pro reuerentia Dei sacerdotum, id vniuersa sancta constituit Synodus; vt quia solent crebro mensis otiosæ fabulæ interponi, in omni sacerdotali conuiuio lectio scripturarum diuinarum misceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non necessariae * prohibentur.

* repro-
bantur.

VIII.

* Innuente atque consentiente domino piissimo Reccaredo rege, id præcipit sacerdotale Concilium,

* iubente